



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. III. Aßistentium Iura.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

ries non mutato Generali, ex imperio Summorum Pontificum. Tres quidem mandante Clemente Octavo; *b* omnes jubente Paulo Quinto, *c* & ex Brevis Innocentii X. *Prospero felicique statui, &c.* in quacumque Generali Congregatione, singulis novenniis, ut ibidem præcipitur celebranda, novi Assistentes ab illis planè diversi, qui præcedenti novennio Assistentes fuerint, eligendi sunt. Hæc tamen Innocentiana Lex non impedimento fuit, quominus Congregatio Generalis, non ex vi ejus Brevis, sed alio nomine congregata, Assistentis officium iis confirmaret; qui eo munere proximè defuncti fuerant. *d*

*b* C. 5. C. 73.  
74. & 77.  
*c* C. 6. D. 4.  
& 10.

*d* C. 6. D. 27.  
§. 4. & C. 9. D.  
2. & C. 10. D.  
5. & 17. &  
Form. Con.  
Gen § 53.

S E C T I O III.

*Assistentium jura.*

I. ET hæc quidem de eorum electione satis: jam quæ jura electos consequantur, dicendum est. Assistentium munus nec Prælaturam continet, nec Dignitatem: *e* est tamen in Societate gravissimum, & multis gaudet prærogativis, ut ex dicendis constabit. Et i. dimittere officium datum à Societate, sine ejus consensu, non possunt; *f* qui etiam consensus ex-

*Gravitas muneris, & quatenus à Societate dependeat in eo retinendo.*

*e* C. 7. D. 44.

*f* C. 1. D. 84.

pe-



pectandus, si aliquis Assistens indignum se præstaret eo loco. Suspendio autem ab executione Officii à Preposito Generali infligi possit. *g*

*g* C. 1. D. 87.

*Debent adesse  
Generali.*

2. Debent semper adesse Generali, qui eos sine gravi causa, vel necessitate, procul à se mittere non debet: si verò mittantur, non se excusare debent, sed obedire. Quod si Generalis, & non ad breve tempus, extra Urbem iret; ipsius erit decernere, an aliquos ex Assistentibus penes se habere debeat; aliquem tamen eorum secum, ut socium, habeat. *h* At si Pontifex vellet quempiam ex Assistentibus aliquò mittere; ut plurimum Generalis informabit Pontificem, ut dignetur alium potius mittere. *i*

*h* P. 8. C. 1. G.  
& P. 9. C. 5. S.  
2. & A. & C.  
1. D. 83.

*i* C. 1. D. 86.

*Nec aliis mini-  
steriis distineri.*

3. Quò melius officio sibi commissio vacare possint, non occupentur ministeriis, quibus ab officio suo avocentur: & si in iis à Generali occupabuntur, impedimentum illi exponere debebunt, salvâ tamen obedientiâ. Ex eorum propterea numero non sit Vice-Præpositus, sive Minister Domus Professe Romanæ: & expedit Societatis Secretarium ab eis esse distinctum. Si quid tamen temporis illis liberum fuerit, Prædicationi, Lectioni, Confessionibus audiendis, & aliis piis operibus vacare poterunt. *l*

*l* C. 1. D. 80. &  
89. & C. 2. D.  
74. & C. 4. D.  
32. & R. Ass.  
5. 6.

4. Sunt



4. Sunt ordinarii Consilarii Generalis in rebus gravibus; licet alii etiam advocari ab eo possint ad Consultationem: statuendi tamen facultas penes unum Præpositum erit. *m* Cum verò sunt Assistentes Vicarii, apud ipsum habent jus suffragii decisivi in pluribus deliberationibus; nisi amplior potestas Vicario aliquando collata fuerit; ut in Vicarii Officio explicabitur. Habent etiam apud Generalem suffragium decisivum in iis omnibus; in quibus illud habent Provinciales extra Congregationem Generalem. *n*

5. In ipsam Congregationem Generalem admittuntur æquè, ac Provinciales: nec ab ea excluduntur, qui in eadem officio suo defuncti sunt. Quin si contingat Generalem in ipsa Congregatione, aut paulò post decedere, nullo nominato Vicario, antiquissimus professione veterum Assistentium Congregationi præsidebit. *o* Habent pariter jus suffragii in Congregatione Procuratorum; *p* & ad electionem Vicarii, etiam seclusâ Professionis antiquitate, si præsentibus fuerint: non videntur aut præsentibus, si cum extra Provinciam Romanam obierit Generalis, ipsi Romæ tunc fuerint. *q* At defuncti officio habent locum supra numerum in Congregationibus Provincia-

*Habent suffragium consultivum, & aliquando decisivum apud Generalem, & Vicarium.*

*m* P. 4. C. II. §. 2. & P. 7. C. 2. §. 1. & P. 9. C. 3. K. & C. 6. §. 11. & C. 5. D. 65.

*n* C. 4. D. 23. & C. 5. D. 16.

*Quod jus in Congregationibus.*

*o* F. Con. Gen. §. 5. & 53. & C. 1. D. 90. & C. 2. D. 3. & 20. & C. 4. D. 45. & C. 10. D. 15.

*p* C. 2. D. 19. & For. Con. Proc. §. 4.

*q* C. 9. D. 34. & C. 12. D. 54.

libus



r C. 9. D. 15. &  
F. Con. Prov.  
§. 8.

s F. Con. Prov.  
§. 4.

Privilegia quo-  
ad epistolas, &  
suffragia.

s C. 7. D. 14.

u C. 9. D. 21.

libus suæ Assistentiæ; si fortè per antiquita-  
tem non haberent. Ad nullam verò ex illi-  
dem Congregationibus Provincialibus jus  
habent, cum eodem funguntur munere.

6. Ipsorum literæ, Nostrorumque vi-  
cissim ad illos referari non possunt ab ullo  
Superiore, Generali excepto. In obitu  
Assistentium, præter suffragia ordinaria,  
tria Sacra, & tres Coronæ in tota eorum  
Assistentia indicuntur; per reliquam verò  
Societatem Sacrum unum, & una Coro-  
na.

## SECTIO IV.

### Assistentium obligationes.

Quo pacto verò Assistentes officio suo  
fungi debeant, petendum est ex ip-  
sorum Regulis, quæ mandato Congr. 3.  
Decr. 11. & 33. confectæ, postmodum  
approbatæ D. 48. Con. 4.

Quid prestare  
in se debeant.

1. Debent æmulari virtutes, quas Con-  
stitutiones desiderant in Generali, & in ip-  
sis Congregatio 1, D. 80. Scientiam re-  
rum pertinentium ad Institutum parent.  
Declinent quæ impedimento esse possunt  
functionibus impositi muneris.

\* R. Aff. 1. 1. 5.

Erga Societa-  
tem.

2. Erga Societatem fidelitatem servent,  
quam